



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

II. Item de homicidiis & falsis testibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

Coloss. 3.

juxta mandatum salvatoris & evangelicam doctrinam formidanda est mors animæ & pœna perpetua quàm illa quæ finem quodammo- do habuit, ista autem sine termino cruciabit noxios? Unde necesse est ut in præfenti vita, juxta Apostolum, mortificemus membra nostra quæ sunt super terram, hoc est, desideria carnis nostræ & voluptates terrenas in nobis extinguere contendamus, vitiâque omnia, quantum nos Dominus posse concedit, procul expellamus, Deique voluntati & mandatis ejus obtemperare satagamus; quoniam sic mortem perpetuam evadere & ad vitam æternam Domino largiente pervenire possumus. Dehinc quoque ad interrogata, quantum possumus, breviter juxta canonum instituta respondere curemus.

De homicidiis sponte commissis.

C A P. I.

P R I M Û M ergo de homicidij perpetratio- ne quid sacri canones fanciant, & qualiter pœnitentia his agenda sit qui hoc commiserint, breviter denotare curavimus. In Concilio Ancyrano cap. XXI. de homicidiis scriptum est: Qui voluntariè homicidium fecerint, pœnitentiæ quidem jugiter se submittant, pœnitentiam verò circa vitæ exitum consequantur.

Pœnit. Rhab. c. 12.

Regino lib. 2. c. 10.

Item de homicidiis & falsis testibus.

C A P. II.

Pœnit. Rhab. c. 13.

In Concilio Agathensi cap. XXXVII. de

homicidiis & falsis testibus scriptum est : Ita-
que censuimus homicidas & falsos testes a
communione ecclesiastica submovendos , nisi
pœnitentiæ satisfactione crimina admittâ di-
luerint.

Regino lib.
2. c. 12.

*De his qui servos suos extra judicem necant , &
de domina quæ per zelum ancillam occidit.*

C A P. I I I.

Item in Concilio Agathensi cap. L X I I. scriptum est de his qui servos suos extra judicem necant : Si quis servum proprium sine conscientia judicis occiderit , excommunicatione vel pœnitentia biennij reatum sanguinis emundabit.

Pœnit. Rhab.
c. 14.

Regino lib.
2. c. 26.

Item in Concilio Elibertino cap. v. ita scriptum est : De domina quæ per zelum ancillam occiderit , ita ut infra diem tertium animam cum cruciatu effundat , eò quòd incertum sit voluntate an casu occiderit , si voluntate , post septem annos , si casu , per quinque annorum curricula acta legitima pœnitentia , ad communionem admitti placuit. Quòd si infra tempora constituta fuerit infirma , accipiat communionem.

Pœnit.

Rhab.

ibid.

Regino lib.
2. c. 58.

De homicidiis non sponte commissis , & de his qui quemlibet occidunt jussu Principis.

C A P. I V.

In Concilio Ancyrano cap. x x I I. scriptum est de his qui non sponte homicidium commiserint : De homicidiis non sponte commissis